This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

A. Or.
1384.

Digitized by Google

A. or. 1384

Makrizi

Digitized by Google

MAQRIZII „DE VALLE HADHRAMAVT“ LIBELLVS

ARABICE EDITVS ET ILLVSTRATVS.

DISSERTATIO

QVAM

SVMMORVM IN PHILOSOPHIA HONORVM

AVCTORITATE AMPLISSIMI

PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

RITE OBTINENDORVM CAVSSA

VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE XIII MENSIS MARTII ANNI MDCCCLXVI

PVBLICE DEFENDET

PAVL BERLIN NOSKOWÿJ

SILESIVS.

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT:

Z. AVERBACH BONNENSIS.

FR. Mc. MINN GRAHAM DAMASCENVS.

CH. TRACY NOVO-EBORACENSIS.

BONNAE

TYPIS CAROLI GEORGII

MDCCCLXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNI GILDEMEISTER.

Digitized by Google

Digitized by Google

Occasione data si non dubitamus librum de Hadhramaut a Maqrizio conscriptum edere, ea ratione maxime impulsi sumus, quod opera omnia unius autoris colligere neque ea quae minoris momenti esse videantur negligere, studio satis dignum est, et autoris quidem qui non solum amplitudine scriptorum sed etiam fide et eruditione a viris doctis iure maxime aestimatur. Cahirae post annum 760 fugae (1358 p. Chr.) natus historiae patriae studuit et gravissima eius opera historiam Aegypti tractant, quamquam et aliorum tituli nobis traditi sunt, in quibus aut de antiquitatibus Islamicis disseruit, de propheta de eius familia de eius vita et opibus, aut vitas aequalium suorum posteritati tradidit. Praeter hos magnos libros nonnulli minores ab eo compositi ad nos pervenerunt quorum varia argumenta fere omnia studia historica spectant. [1]) Descriptio horum minorum scriptorum primum accurate a Dozyo data est in libro, cuius titulus est: „Notices sur quelques manuscrits arabes. Leyde 1847—51.“ (8°. p. 17—28) secundum codicem in bibliotheca Lugd. numero 590 insignitum. Iam antea a Quatremère eorum mentio facta est in eius libro in margine nominato, quamvis

[1]) Cf. Quatremère in praefatione libri: Histoire des Sultans Mamlouks de l'Égypte. pag. V sqq.

Digitized by Google

in utroque codice nonnulla opuscula inveniantur quae in altero desiderantur.

Quum morarer Lugduni descripsi opusculum voluminis, quo haec minora scripta Maqrizii comprehensa sunt, inscriptum: „De valle Hadhramaut“, et versione addita id iam vulgaturus sum. Sed fortasse erunt qui me temerarium vocent quod uno modo codice usus scriptum Maqrizii editurus sum; sed codex qui in bibliotheca Lugd. conservatur etsi a scriba exaratus passim tamen ab autore emendatus est.

Memorat ipse autor se Makkae id conscripsisse usum auctoribus qui ex Hadhramaut terra in illam urbem venerant. Et quamquam disputare de fide rerum ibi narratarum licet: et multa sunt memorata, quae antiquitatum atque historiae caussa notitia nostra digna sunt, et opiniones et mores illius terrae incolarum descripti sunt, qui maxime similes sunt moribus Europaeorum aequalium. Spectamus de sagis historias et modos varios poenarum, quibus aut ad peccati confessionem coactae aut contra ius interfectae sunt. Et constat homines illarum regionum nugas de sagis et magicis narratas credidisse prorsus easdem ac nostri proavi. Unde liber Maqrizianus, credo, eis erit gratus, qui investigatores temporum veterum in remotissima Arabia eosdem errores humani animi invenient, quibus hucusque Europa solum et christiani affecti videbantur. — Sed exstant et alia quibus commoti sumus, ut hunc librum dignum qui ederetur haberemus. Hadhramaut enim terra et nobis satis incognita est, qua de caussa undique quae de ea literis mandata sint colligere studio dignum est; nam etsi recentiore tempore a nonnullis viris Europaeis illae regiones visitatae sunt, magis tamen urbes orae maritimae adire iis licebat, urbes

Digitized by Google

autem mediterraneas quales Terîm et Shibâm sunt eorum nemo adiit, quae capita Hadhramaut terrae nominantur. Simili modo narrationes de monumentis quae crebra in illis regionibus esse certo scimus desiderantur. Nam quamvis Arnaudius monumenta Marebi veteris Sabae visitarit et eorum descriptio a Fresnelio publicata sit, haec urbs minime pars Hadhramaut terrae habenda est. De monumentis autem huius terrae id solum notum est, ea exsistere sed ubi et quot et qualia sint ex libris ne Arabicorum quidem geographorum definiendum est.

Attamen descriptionem Hadhramaut terrae addendam esse libello Maqrizii censuimus, et quidem qualis tum e libris arabicis tum e libris viatorum nostrorum erui potest. Fontes e quibus hausimus in margine adnotavimus.

Restat ut de Idrisii libro نزهة المشتاق فى احتراق الافاق verba quaedam praemittamus. Quamvis non desint codices in bibliothecis Europaeis, plerisque viris eruditis liber, qualis a Iauberto in linguam francogallicam translatus est, geographiam Idrisianam hucusque praebuit. Comitate et liberalitate, quam praeconiis efferre gaudeo, Viri doctissimi de Goeje accepi libri istius Arabice scripti capita duo in quibus agitur de Hadhramaut. Et Idrisii narratio ideo plurimi est aestimanda, quod accurate ibi situs locorum et regiones distinguuntur, cum in aliis libris multis omnes istae Arabiae partes, de quibus acturi sumus, communi vallis Hadhramaut nomine comprehendi soleant.

Iam facile agnoscitur, nomine quod est vâdi Hadhramaut[1]) plerosque scriptores Arabes arbitrio quo-

---

[1]) De Hadhramaut cf. lib. geneseos cap. X, et Graecorum narrationes de *Χατραμωτίται*ς et *Χατραμίται*ς apud Eratosthenem (Strabo

Digitized by Google

dam et tacito consensu usos esse, saepe ita, ut eo comprehenderentur terrae illae late patentes, quae ab occidentali parte 'Aden, ab orientali 'Omân attingunt. Quidam tamen ut Idrisi maiore usi diligentia provinciam in occidentem versam Mâreb, orientem spectantem Mahram cum Shihr ac meridianam cum Thafâri discernunt ab ipsa Hadhramaut valle. Nec dubium esse potest, quin illa pars quae proprie vâdi Hadhramaut vocatur quaerenda sit in tractu qui per decem fere miliaria germ. tum inter confinia Marebitica et Mahrica tum inter desertum Alahkaf et montes qui littus sabulosum Oceani Indici cingunt extenditur. [1]) Vallis autem multis saltibus parvulis qui ad transeundos montes occasionem et viam praebent cum orae plagis coniuncta esse videtur. Ita vallis Doân quae a Wredio visitata est introitum in Hadhramaut vallem trans montes ei permittit, qui a mari Arabiam intrat. Maximam autem terrae partem quae proprie vallis Hadhramaut nominatur ab ora maritima montibus esse disiunctam constat. Fluviorum cursum indicare accurata terrae descriptione quum careamus non audeo, attamen legitur apud omnes fere geographos arabicos prope Shibâm in monte cognomini sitam et Terîm duos fluvios in unum colligi, sed minime quo ulterius cursum dirigant observavere. [2])

XVI p. 768 Casaub.) et Ptolemaeum (6, 7 p. 178 Bert.) et Plinium (h. n. 6, 28).

[1]) Wellsted Reisen in Arabien ed. Roediger. Halle 1842. tom. II. 336. Seetzen in libro Zachii, Monatliche Correspondenz Gotha 1813. tom. XXVIII p. 242.

[2]) Cf. Arnaudii relationem apud Fresnelium. Journ. asiat. Iul. 1843.

Digitized by Google

Praeterea multi etiam vico cuidam indunt nomen Hadhramaut, quod facili coniectura usi statuimus esse nomen totius terrae fortasse alteri urbium Shibâm et Terîm quae principales fuisse videntur, ab incolis datum, ut Syri Damascum vocant Shâm. [1])

Etiam in parte meridionali montium fluvii oriuntur qui brevi cursu in mare excurrunt. Itaque orae maritimae montibus divortium efficitur aquarum inter littus et vallem quae proprie Hadhramaut vocatur. Tertium caput ac principium fluviorum a fontibus prope San'am, collectum uno amne iuxta Mâreb paullo post descendit in regionem Hadhramauticam.

Iam hac ipsa aquarum largitate fit probabile abundare [2]) terram istam proventibus multis, et revera scriptores qui ista loca viserunt ut Arnaudius et Wredius et qui ab aliis comperta retulerunt, pariter omnes affirmant, vallem esse uberem rebus iis quae ex agrorum cultura percipiuntur. Sunt eae quales regionum tropicarum quae dicuntur esse solent, dura (ذُرَة holcus arundinaceus) palmulae, nebec (rhamnus nabecus) tus et in partibus quae spectant vesperum coffea. Incolae terrae illius, inquit Maqrîzius, sementem faciunt ante imbrium tempus qui per ternos menses apportare solent ragis fertilitatem. Antiquiore quidem tempore irrigationibus arte institutis incolae removerunt victus inopiam, quae accidere solet deficiente illa pluvia, de qua re ii qui aggerem Mârebiticum memorant multis verbis agunt.

---

[1]) Cf. Ibn Haukal in adnotatione infra data.

[2]) Cf. Masudii relationem de vallis ubertate in ed. Parisina (1861 sqq. cura Barberii de Meynard et Paveti de Courteille) tom. III p. 367 sqq. et Seetzenii relationem in libro supra notato p. 239.

Digitized by Google

De Mârebitica regione et Doân valle dum exstant relationes scriptorum Europa oriundorum satis planae, in describenda ipsa valle Hadhramaut non uti licet nisi nonnullis quibusdam adnotationibus scriptorum Arabicorum. Sed vel ex horum brevissimis narrationibus certo statui licet, in terra ista hodieque reliquias temporum veterum exstare. Etsi parvi momenti est quod in Qurâno [1]) aedificia memorentur in altis locis terrae 'Âd exstructa, et urbs 'Aditarum priscorum nomine ارم ذات العمود ibidem nominetur (nam iam constat Muhammadem arbitrio nec scientia usum, dixisse terram Hadhramaut fuisse ab 'Aditis habitatam) attamen monumentis adhuc repertis adducimur, reperiri in illis montibus et alia et plura. Tum memoria est digna dictio العادية, h. e. 'Aditica (opera), [2]) quam eodem sensu Arabes adhibuerunt, quo nos dicimus opera Cyclopea. Praeterea Masudius ubi eos qui credant 'Aditas gigantea quasi corpora habuisse impugnat, compertum se habere refert, parietinas domuum 'Aditicarum (i. e. aedificia antiqua quae in Hadhramaut terra eius tempore spectabantur) spatiorum circuitu a reliquorum hominum domibus non differre. Praeterea aliquis apud Maqrîzium [3]) narrat de sepulcro quodam, in quo cadaver iaceat magnitudinis ingentis et testis quasi oculatus etiam modum singulorum membrorum eius definit. Iam parvi nostra interest quid de hoc giganteo homine ille pro-

---

[1]) Sur. 26. 127; 22. 44; Wellsted Reisen in Arabien p. 358 tom. II, ubi Roediger de monumentis in illa terra olim exstantibus disserit.

[2]) Masudi tom. III p. 81 sqq. IV p. 90. Ueber die südarabische Sage v. A. v. Kremer, Leipzig 1866 p. 21. De 'Aditis conf. Sprenger, Das Leben und die Lehre des Muhammed. III, CXXXII.

[3]) Kremer p. 114.

Digitized by Google

dat, longe pluris quod diserte memorantur sepulcra adhuc exstantia. Quod diversis in locis et Hûdi prophetae tumuli [1]) memorantur, non nimis respicimus, minime enim diiudicare licet, antiquone an recentiore tempore exstructi sint. Denique Maqrizius narrat nomadum gentem quandam esse, quae amuletis aureis ex gazis 'Aditarum adhuc superstitibus magicam exerceat, quam narrationem, etsi concedamus, illas res preciosas si non Aditicas esse tamen satis antiquas, etiam hac aeque ac caeteris relationibus accurate pensitatis sane probabile fit, fore ut peregrinatores, si qui postea adibunt terram Hadhramauticam, aedificiorum reliquias forsitan inscriptionibus coopertas haud paucas et alias res antiquas reperiant, quibus historia Hadhramaut illustratum iri videatur.

In terra Hadhramaut quae hodie dicitur, principales urbes sunt duae, Shibâm et Terîm [2]) distantes inter sese diei itinere. Prior sita est in ascensu montis, vicis frequentissimi, cuius summa pars scopulis adeo formata est, ut aditum in eam vix reperire possis. Hoc in monte lapides pulcherrimi sardae reperiuntur. Produnt nonnulli Shibâm castellum expugnari non posse. Praeter has duas urbes maximas in libris quibus Hadhramaut terra describitur, enumerantur plurima op-

---

[1]) Ibn Batuta ed. C. Defrémery et Sanguinetti Paris 1854. tom. II p. 403. Idrisi in Jaubertiana interpretatione francogallica, Parisiis ed. 1836 tom. I p. 54. Niebuhr, Beschreibung von Arabien etc. Kopenhagen 1772 p. 288. Wellsted, Reisen in Arabien tom. II p. 339. Wiener Jahrbücher der Litteratur 1841. 94. p. 113. Kremer, Süd-arab. Sage p. 114.

[2]) Idrisi tom. I p. 149. Sprenger, Post- u. Reiserouten des Orients Leipzig 1864 p. 142. Wellsted tom. II p. 337 sq.

Digitized by Google

pida quorum nomina hic afferre, quum neque situs neque ratio vocabula scribendi constet, supersedemus. Praeterea fontes duo cura nostra non indigni esse videbuntur: Bir Barhut, [1]) calidus ille ac sulphureus Fresnelio auctore fons stygis apud Ptolemaeum et Bir Mo'atthala celeber quem fama est subito exaruisse, qua re idololatrae circa eum habitantes perierint. De horum situ alii alio modo statuunt, plerique tacent, ita ut accuratius definiri non possit. Ceterum multas scaturigines calidas in illa terra Wellstedius nominat. [2])

De littore et adscensu meridiano montium haec proferenda sunt: Si ab occidentali parte orientem versus pergimus, locus primus quem reliquiarum veterum caussa memoramus, est حِصْنُ الغراب arx corvorum sive arx (tribus) Ghorâb, cuius urbis arcisque ei imminentis parietinae hodie supersunt. [3]) Quae quantas partes olim egerint, recte perspexit Wellstedius, qui ibi inscriptiones haud sane parvi momenti descripsit, nam quum partes omnes collis accurate perscrutatus esset, persuasum sibi fuisse dicit, eum situ pariter et arte factum esse munitissimum, et hunc locum propter naturam insulae speciem referentem incolis quantivis pretii esse debuisse, quoniam perfugium inexpugnabile fuerit arx et commercium undique fuerit urbs portu egregio instructa. Urbi plus etiam utilitatis ea re accedere debuisse, quod in utroque latere peninsulae sint portus, praesertim quum alioquin in litore navium receptacula a maris periculis satis munita desint. [4])

---

[1]) Ibn Haukal in adnotatione infra allata.

[2]) Wellsted. tom. II. 336.

[3]) Wellsted. tom. II p. 322 sq. Kremer p. 25.

[4]) Wellsted's Reisen in Arabien, ed. Rödiger. Halle 1842. tom. II p. 322 sqq. cf. et Rödigeri adnotationes p. 357 tom. II ibid.

Digitized by Google

Si iam spectamus, ab hisce ruinis haud procul oppidum Makalla [1]) hodie inveniri, quod Wellstedius Hadhramaut terrae hodie esse dicit portum, quo ex interioribus provinciae partibus varia frugum genera inde evecta apportentur [2]) et omnino ab incolis eius diversos esse Arabes qui caeteras oras maritimas, regionem 'Omanensem, maris rubri littora incolunt, licebit contendi, Makallam urbem recentiori tempore conditam esse et reliquiis حصن الغراب arcis locum indicari, in quo portus Hadhramaut terrae antiquus fuerit.

Trium miliariorum Anglicorum intervallo a Makalla urbe distantem vallem Bakrain nomine Wellstedius invenit, in qua copiam plantarum laetissimam deprehendit, quales in solo Africae nasci solent et quarum proventum largae humi irrigationi tribuit. Praeterea ibi fontem calidum perscrutatus est et saxi genus montium propinquorum calce constare putat. [3])

A partibus inde eis quae ex occidente spectant Makallam usque ad Mahram provinciam in recentiorum libris oppidorum nomina multa nominantur, quae quum parvi momenti sint rem nostram vix spectant. [4]) Mahrae quae semper fere Hadhra-

---

[1]) Cf. Wellsted, Reisen nach der Stadt der Khalifen. Pforzheim 1841 p, 330 sqq.

[2]) Vias quibus olim mercatores usi sunt affert Sprenger in libro: Die Post- u. Reiserouten des Orients, Leipzig 1864. Heft I p. 141 sqq. cf. et Arnaudii relationem apud Fresnelium (Journal asiatique 1845, Février, Mars p. 211. Relation d'un voyage à Mâreb (Saba) dans l'Arabie méridionale, entrepris en 1843 par M. Arnaud), ubi dicit se viam a Mâreb usque ad Makallam inveniri audivisse.

[3]) Wellsted. tom. II p. 335. De Makalla urbe cf. ibid. p. 327 sqq.

[4]) Wellsted. tom. II p. 337 sqq. cf. et Wiener Jahrbücher der Litteratur 1841. 94 p. 113 sqq. cf. I viaggi di Marco Polo Veneziano

Digitized by Google

maut terrae adscribitur urbes celeberrimae Shihr et Mirbat sunt, e quibus illam Marcus Paulus commemorat. Dicit eam esse amplam et Aden urbis incolis subditam, a qua miliariis quadringentis distet, denique commerciis Indicis frequentem esse. Idem sicut Maqrizius, Idrisius, Ibn Haukal, [1]) alii dicunt terrae peculiare esse, quod homines pariter ac pecora pisciculis sive crudis sive torrefactis ibi alantur, qui mensibus Martio, Aprili, Maio capiantur. Eos Ibn Batuta ubi de Thafâri urbe

---

per cura di Ludovico Pasini. Venezia 1847. cap. XXXIII. Niebuhr, Beschreibung von Arabien etc. Kopenhagen 1772 p, 283 sqq. cf. et Voyage de l'Arabie heureuse etc. par la Roque. Amsterdam 1716.

[1]) Maqrizii et Idrisii de hac re narrationes infra allatae sunt. Quod attinet ad Ibn Haukali relationem V. Cl. de Goeje mecum locum ex editione quam parat communicavit ita dispositum, ut verbis Istakhrii uncinis inclusa addita sint quae in codd. Ibn Haukali Lugdunensi et Oxoniensi addita leguntur: وحضرموت فى شرق عدن بقرب البحر وبها رمال كثيرة تعرف بالاحقاف وحضرموت (فى نفسها) مدينة صغيرة ولها اعمال [كثيرة] عريضة وبها [وفيها] قبر هود النبىّ عم وبقربها بلهوت [برهوت] بئر عميقة لا يكاد يستطيع احد ان ينزل [احد يستطيع الوصول] الى قعرها واما بلاد مهرة فانّ قصبتها [فقصبتها] تسمّى الشحر وهى بلاد قفرة السنتهم مستعجمة جدّا لا يكاد يوقف عليها [يقف احد على كلامهم] وليس ببلادهم نخيل [بها نخل] ولا زرع وانّما اموالهم الابل [واما اموالهم فالابل والمعز ويعلفون ابلهم ودوابّهم السمك الصغار المعروف بالوزق ولا يعرفون الخبز ولا ياكلونه واكلهم السمك واللبن والتمر] ولهم نجب [بخت] من الابل تفضل فى السير [والرياضة] على سائر النجب واللبان الذى يحمل الى الافاق من هناك وديارهم مفترشة [به] وبلادهم [ذات] بوادى نائية ويقال انّها من [اعمال] عمان

Digitized by Google

agit diserte saperdas vocat hodierna qua utimur appellatione سردين usus. Ab Idrisio proditum est portus istius incolas his piscibus tam consuetos esse ut si quando pane vescantur in morbum incidant.

De Mirbât nihil memoratu dignum refertur. Eius coloni a ceteris Arabiae habitatoribus valde differre dicuntur; soli fruges Wellstedius refert iis, quas gignit Socotora insula, similes esse. [1])

Thafâri urbs, quae sola nobis describenda superest, non unam ob caussam digna est, in quam diligentius attendamus. Ac primum quidem monendum est, binas esse urbes huius nominis, eam de qua nunc agitur et aliam apud San'am orientem versus in provincia Iamanica sitam, caput olim regni Himjaritici. Has inter se confundi apud Arabum scriptores haud raro videmus. [2]) Quare eos tantum locos spectabimus quibus diserte Thafâri indicatur quae urbs portus est in maris littore situs. Sane fatendum in illius etiam urbis, quae mari imminet, antiquitatibus enarrandis occurrere quasdam difficultates.

---

[1]) Cf. Wellstedii Reise nach der Stadt der Khalifen p. 359 sqq. et de Mirbât urbe Reisen in Arabien tom. II p. 347 sqq.

[2]) Etiam a Maqrizio confunditur Thafâri urbs mari imminens cum illa Iamanica Thafâri. At Marcus Paulus urbem nomine Dufâr appellat (ed. Pasini cap. XXXIV), et commentator eius Pauthier (Paris 1865) eos qui plura scire velint de illa edocturus remittit ad Bakuium; sed is non de maritimo oppido sed de eo quod est in Iaman terra agit. cf. et urbis Thafâri descriptionem apud Ibn Batutam tom. II p. 199 sqq. p. 214 sqq. ed. Parisin. conf. Wellsted Reisen in Arabien tom. II p. 347 in adnotatione Rödigeri num. 317, ubi et Fresnelii iudicium (Journ. asiat. Jun. 1838 p. 519) laudatur: ظفار eandem esse urbem ac סֵפָר Moysis in libro geneseos 10, 30. De historia urbis cf. Ueber die südarabische Sage von Alfred von Kremer, Leipzig 1866. p XIV.

Digitized by Google

Ac primum quidem nomen Thafâr ظفار supra Tha puncto notatum dubitari potest, utrum in prima syllaba a vocalem additam habeat, an u? Grammatici quidem uno ore Thafâri pronunciant, unde coniecturae locus est, Thufâri ab iis tantum dici, qui vulgi modo vocales minore diligentia pronuntiantes sonum Fathae vocalis nimis similem Dhammae vocali reddunt. Atque is vocem efferendi mos ita invaluisse videtur, ut Maqrizius narrare potuerit, Ahmedum Albâchûdam urbi, quam, deleta anno 619 vetere Thafâri, in littore condiderit, Thufâri nomen imposuisse.[1])

Quum Bakrius idem narrans urbem novam a conditore nomine suo المحمدية nominatam esse tradat, facile intelligitur, veteris urbis nomen etsi unius consilio mutatum mox novo praelatum esse. Ibn Batuta autem qui post annum 725 in oris illis fuit, nominis formam eam exhibet, quam grammatici agnoscunt, Thafâri in i exeuntem et declinationis expertem.[2])

---

[1]) Sprenger in libro supra nominato affert ab Ibn Mog'âwir narrata haec (p. 144): Ahmed ibn Abdallah anno 618 Thafâr(i) urbem diruit et in loco qui haud procul abfuit, Mançûram condidit. Quibus verbis cum narratione Maqriziana collatis hac coniectura uti licet, urbem novam a conditore nominatam esse مَنْصُورَة victoria inclutam et hanc منصورة urbem ut et eius conditoris nomen posteritati traderetur dein esse vocatam المنصورة الاحمدية sive ut Bakrius vult المنصورة المحمدية.

[2]) Forma haec quum satis memorabilis sit eiusque usus suis circumscriptus finibus, data hac occasione adducor, ut locum exhibeam Sujûtii e libri مزهر capite quadragesimo petitum, in quo, antiquiorem grammaticum secutus, omnia eius quae apud Arabes inveniantur exempla congerere studuit. Amplior hic recensus est eo quem in Zamakhsharii libro Mufaççal p. 63 et 64. ed. Broch invenimus, et nonnulla exhibet, quae in Qâmûso desiderantur vel in lexicis geographicis minus accurate tradita sunt. Usus sum codice, qui penes virum

Digitized by Google

Iam ipsa urbs a Marco Paulo praedicatur, spatiosa et magnifica, unde plurimum turis et numerus

---

illustrissimum Gildemeisterum est, recentiore, litteris Mauritanicis haud semper accurate scripto, unde factum est ut de una alterave forma, quas ut aliis ex fontibus confirmarem mihi non contigit, scrupulus restaret.

ذكر فَعَال المبنى على الكسر الّف فيه الصغانى تاليفا مستقلا ورد فيه مائة وثلثين لفظة وهى هذه نعاء ودباب وخراب وشتات وحماد وحياد ورصاد وعواد وحذار وحضار ونظار وخناس ومساس وقطاط ولطاط ويعاط ودعاع وسماع ومناع وتراف وعلاق وبراك وتراك ودراك ومساك وفعال وقوال ونزال هذه كلها بمعنى الامر وشراء وحداب وبلاد وسفار وشفار وضمار وطمار وظفار وقمار ومطار ووبار وضعاط * وبقاع وملاع ونطاع وشراف وضراف ولصاف وسعال وطمام وعظام هذه كلها اسماء مواضع وصلاح من اسماء مكة ونصاد وخطاف وشمام اسماء جبال وغلاب وسجاح ورقاش وحذام وقطام وبهان اسماء نساء وقطاف ورغال وعفال اسماء للامة وسكاب وسراج (وخراج .l) وكزاز وخصاف وقدام وقسام اسماء افراس وسراب اسم ناقة وفشاح ونقاث وجعار وغثار وقثام اسماء للضبع وعرار اسم بقرة وكساب اسم الذئبة وبراح وحناذ اسمان للشمس ويقال نزلت على الكفار بلاء وبوار ويقال للظباء ان اصابت الماء فلا عباب وان لم تصبه فلا اباب ولباب لباب اى لا باس عليك وخراج اسم لعبة لهم وركب هجاج وفياح اسم للغارة وكلاح وجزاع وازام اسماء للسنة المجدبة ويقال جاءت الخيل بداد اى متبددة وحماد للبخيل اى لا زال جامد الحال وحداد للرجل يكرهون طلعته وجباذ وحلاق للمنية وشجاذ للمطرة الضعيفة وشغار لقب بنى فزارة ويقال وقع فى بنات طبار اى فى دواهٍ وفجار اسم للفجرة ويسار اسم للميسرة ولحاص وصمام اسمان للداهية وسباط اسم للحمى وعقاق للعقوق وحرام للحرمة وضرام للحرب وطعنة قعار اى نافذة وكرار خرزة توخذ بها الساحرة ويقال ذهب فلان فلا حساس وكواه لماس

Digitized by Google

equorum magnus in Indiam devehatur. Idem fere de mercatibus tradit Ibn Batuta, qui et alias quasdam

---

ووقاع ويقال ما يرتقع منى برقاع ودعنى كفاف ولا تبلك عندى بلال ولا تحل رحال وسبة لزام ويباس السافلة وفشاش الفاشة ويقال لا همام اى لا اهم بذلك وجاء زيد همام اى يهمهم ويقال فى سب الانثى يا رطاب وخباث وخناث ودفار وغدار وطتار (وكتار?) وقفاس ولكاع وخصاف وحباق وحزاق وفساق،

قال الصغانى وبُنى من الرباعى سبعة الفاظ همهام وحمحام ومحماح وبحباح وعرعار وقرقار ودهداع وفى الجمهرة قالوا بداد بداد اى ليبدّ كل رجل منهم صاحبه اى ليكفه ومرت الخيل بداد اذا تبددوا اثنين اثنين وثلاثة ثلاثة قال وداهية عناق كانه معدول من العنق قال ويعياع دعاء وكذا يهياه وهذه ثلاثة الفاظ زائدة على ما اورده الصغانى قال فى الجمهرة ويقال سمعت عرعار الصبيان اذا سمعت اختلاط اصواتهم قال ، يدعو وليدهما بها عرعار، وقال ، قالت له ريح الصبا عرعار، ويروى قرقار قال وبعض العرب اذا سئل الواحد منهم هل بقى عندك من طعامنا شىء يقول همهام اى قد نفد حكاه ابو زيد عن قوم من قيس واكثر من يتكلم بذلك بنو عامر بن صعصعة قال ابوزيد سمعت عامريا يقول تقول اذا قيل لك ابقى عندك شىء قال (?) همهام يا هذا اى ما بقى شىء وقال غيره همهام وحمحام ومحماح وبحباح اذا لم يبق شىء وفى نوادر ابى عمرو الشيبانى بجل اسم امراة قال الخيرى

تُوحى بجال اباها وهو متكئ على سنانٍ كانّف النسر مفتوق

وقال ابن السكيت فى الابدال يقال وقع فى بنات طمار وطبار اى داهية وقال ابن فارس فى المجمل هبهاب لعبة وخراج اسم فرس وقال ابن السكيت يقولون للرجل يكرهون طلعته يا حداد حديه ويا صراف اصرفيه ۞

Revera voces quas ex trilitteris enumerat centum et triginta sunt; maxima earum pars etiam in aliis libris recensetur, nonnullae tamen sunt, quae in his non inveniuntur. Pertinent huc imperativi formae sex: تراف, شتات, رصاد, خناس, مساك, قوال. Deinde locorum no-

Digitized by Google

huius proprietates enumerat, quae, sicut commentarii eiusdem longiores de herbis ibi cultis et arboribus, alienae ab hoc loco sunt. De antiquitatibus in urbe Thafâri exstantibus nihil usquam relatum inveni, nisi huc pertineat Hûdi prophetae sepulcrum, quod Ibn Batuta dimidii diei itinere distare ab ea narrat.

His oppidis, quotquot in littore fuerunt sita, inter omnia Arabiae meridianae diutissime contigit, ut reliquias pristinae fortunae quasdam servarent. Haec fortuna qua olim terra fuit nobilitata maxime provenit

---

mina duo, alterum quod supra asterisco insignivi in quo dubium est utrum in codice legatur ضعاط an ضغاط, alterum سعال. Reliqua nomina in lexicis geographicis inveniuntur, non tamen semper addita formae فعال designatione. Formam حرام pro الحرمة ignorant lexica. Quod nomen dicitur esse *ictus* scribendum duxi قعار quamquam in codice legatur قفار, nam huc radicis tantum قعر quadrat notio, neque radicis قفر. Inter nomina mulieribus contumeliosa in codice legitur طتار aut ظنار, sed litterarum ordo demonstrat verbum ab hac littera incipere non posse, e coniectura igitur scripsi كتار, ex quo illud facillime corrumpi potuit, neque huic coniecturae obstare videtur radicis كتر significatio. Quid significat ولا تحل رحال aliis definiendum relinquo. Reliqua facile intelligentur, imprimis si conferatur V. Ill. Fleischeri de forma فعال disputatio, quam exhibuit in commentatione, Beiträge zur arabischen Sprachkunde, inserta Societatis Lipsiensis Annalibus 1865 p. 281.

رضى الدين حسن بن محمد الصغانى mortuus est anno 650 p. f. Hâg'i Khalifa libros quosdam ab eo compositos enumerat, lexica duo IV. 179. V. 395, supplementum G'auharii IV, 94, uomina leonis et lupi I. 286. 287, شوارد فى اللغة IV. 81, كتاب الافتعال V. 47, كتاب المفعول V. 154, نوادر VI. 388. Eius commentarium versuum Mufaççali affert VI. 40; liber supra nominatus a Hâg'i Khalifa omittitur. الجمهرة liber Ibn Duraidi. ابو زيد mortuus est anno 214, 215 aut 216. cf. de Sacy Anth. 145. Ibn Khallikan p. ٣٩١. Slane الشيبانى mortuus est anno 206. cf. Ibn Khall. ٩٥. ابن السكيت cf. de Sacy Anth. 137. ابن فارس cf. Anth. 134. Ibn Khall. ٥.

Digitized by Google

a commerciis, cum ipsius Haḍhramaut vallis et San'ae terrae opes fertilitate et soli cultu niterentur. Sed enim agrorum cura post calamitates, quae diversae terrae illi evenere, est relicta: ea siccitate orta quae Hûdi tempore fuisse dicitur, aggere Amri Mosakijae aetate rupto, invasione denique ab Aethiopibus ac Persis facta; commercia Lusitanis mare rubrum ingressis intercipi coepta sunt, ut illis versibus saepe memoratis quae in porta Thafâr urbis Iamanicae fuerunt, praesagium verum inditum fuisse videatur.

Digitized by Google

كتاب

الطُّرْفَة الغريبة، من اخبار وادى حضرموت العجيبة،، جمع فقير ربّه المعترف بخطاياه وكثرة عَيْبه احمد بن على بن عبد القادر بن محمد المقريزى الشافعى غفر الله ذنبه وفرّج همّه، وكربه بمنّه ۞

بســـــم الله الرحمن الرحيم، ربّ يسر يا كريم، الحمد لله والصلوة على رسول الله وآله وصَحْبه والتابعين وبعد فهذه جملة من اخبار وادى حضرموت علقتها بمكة شرّفها الله تعالى ايّام مجاورتى بها فى عام تسعة وثلثين وثمانى مائة حدّثنى بها ثقات من قدم مكة من اهل حضرموت والله الموفّق، ۞

اعلم انّ بلاد حضرموت واقعة فى شرقى عدن بقرب البحر ولها اعمال عريضة وبينها وبين عدن وعُمان من الجهة الاخر[1] رمال كثيرة يقال لها

[1]) sic. lege الاخرى

Liber novi et rari doni quo narrantur res vallis Hadhramaut mirabiles. Collegit Domini sui indigens qui confitetur peccata sua et vitiorum multitudinem Ahmed b. ʾAlî b. Abdalqâdir b. Muhammad Almaqrîzî Shafiʾita. Indulgeat eius peccatis deus, benigne depellat luctum et sollicitudinem eius.

In nomine dei clementissimi! expedias laborem meum domine optime maxime! celebretur gloria dei et laus eius nuntii et familiae huius et sociorum et qui hos proxime secuti sunt. Iam sequitur hic descriptio rerum vallis Hadhramaut hactenus incognitarum, quas cum anno 839 pietatis et studiorum caussa versarer Mekkae collegi acceptas a veracibus et certis hominibus ex gente Hadhramautica qui Mekkam adierant.

Scito igitur terram Hadhramaut spectare orientem terrae ʾAden, mari propinquam late patere. Ipsam ʾAdenque inter et ʾOmân ex altera parte interiacent sabuleta multa quibus nomen est Alahqâf. In

Digitized by Google

الاحقاف وكانت هذه الرمال منازل عاد قوم هود وبها قبر هود عليه
السلام وفى وسط بلاد حضرموت جبل شبام وحضرموت فى الاقليم
الاوّل وهى معدودة من اليمن واكبر مدنها قلعة شبام وكانت لعاد
مع الشحر وعمان ثم غلبهم عليها بنو يعرب بن قحطان فسميت
بحضرموت بن يعرب بن قحطان وقد اختلف النسّابون فى نسب
حضرموت فقيل هو من حمير وأنّه حضرموت بن عمرو بن قيس بن
معٰوية بن جشم بن عبد شمس بن وائل بن قطن بن عريب بن
زهير بن ايمن بن هميسع بن حمير وانّه اخو شعبان وقيل هو حضرموت
ابن ايمن بن هميسع بن حمير وانّه اخو الغوث بن ايمن وقيل هو
حضرموت بن زهير بن ايمن بن هميسع المذكور وانّه اخو حضرمى
وقيل بل هو حضرموت بن قحطان بن عابر وهو هود على قول كثير
من النسّابين وقيل بل هو حضرموت بن يقطان وهو يقطن بن عابر
وانّ عمّه قحطان وانّ اخاه جرهم بن يقطن ويقال كان لقحطان من

his habitavit ʾAd populus Hûdi cuius sepulcrum in ea est situm. In media terra Hadhramaut Shibâm mons iacet. Ipsa in primo climate posita est et Yamanae pars habetur. Maxima urbs regionis est Shibâm castellum quod pariter fuit gentibus ʾAd et Shihr et ʾOmân. Tum cum possessione eos exuissent proles Yarob b. Qahtân nomen accepit terra ab Hadhramaut b. Yarob b. Qahtân; quamquam in enarrando genere huius viri non constant sibi genealogi. Nam dicunt nonnulli eum ortum esse ab Himyar et esse ipsum filium ʾAmr b. Qais b. Moʾâvia b. Djosham b. ʾAbd-shams b. Vâil b. Qatan b. ʾArîb b. Zohair b. Aiman b. Hamaisaʾ b. Himyar, ut fuerit Hadhramaut frater Shaʾbâni. Alii dicunt Hadhramaut esse filium Aiman b. Hamaisaʾ b. Himyar atque ita fratrem Gauth b. Aiman. Sunt qui memorent eum esse Hadhramaut b. Zohair b. Aiman b. Hamaisaʾ, cuius iam mentionem fecimus, atque ideo fratrem Hadhramî. Quod contra alii referunt Hadhramaut filium esse Qahtân b. ʾAbîr et eundem esse cum Hûd secundum multos genealogos. Contra contendunt quidam Hadhramaut esse filium Yoqtân et eius quidem qui ʾAbîri filius fuerit, ut avunculus eius fuerit Qahtan et frater Djorhom b. Yoqtân. Narratur quippe Qahtanum habuisse decem liberos nomine Yaʾrob, Djorhom,

Digitized by Google

الولد عشرة وهم يعرب وجرهم وعاد وحضرموت وناعم وغاشم وايمن وقطامى والسلف وهميسع فولاهم اخوهم يعرب بن قحطان من تحت يده اعماله لما ولى الملك بعد موت ابيه فولّى جرهم بن قحطان على مكة وولى عاد بن قحطان على ارض بابل وولّى حضرموت بن قحطان على الحبشه وولّى ناعم بن قحطان على عمان وولّى ايمن بن قحطان على الجزيرة والله اعلم، بوادى حضرموت بالقرب منه على مسيرة يومين الى نجد قوم يقال لهم الصَّيْعَر يسكنون القفر فى اودية وينزلون بيوت الشعر ويزرعون على مطر وبارضهم نبق كثير جدًا بحيث انّ الشجرة الواحدة تغل وقر خمسة اباعر وترهن فى عشرة مثاقيل من الذهب فاذا (cod. p. II) اجدبت ارضهم لقلّة الغيث يبس شجر النبق ولم يبق لهم زراعة فيموت ماشيتهم وهم اصحاب شاء وبعض ابل فاذا كان كذلك انقسم الصيعر على قسمين فرقة تخيف السبيل وتأخذ المارّة وفرقة تنقلب ذيابا ضارية وذلك انّ الواحد منهم عنده خرزة

ʾAd, Hadhramaut, Nâʾim, Gâshim, Aiman, Qatâmî, Sulaf, Hamaisaʾ quos frater Yaʾrob b. Qahtan cum mortuo patre in regnum succederet, praefectos provinciis imposuisse fertur, ita quidem ut Djorhomum b. Qahtân praeficeret Mekkae, ʾAd Babyloniae, Hadhramaut Habassiae, Náʾim ʾOmân terrae, Aiman Mesopotamiae. Quae res quomodo se habeant deus omnium maxime novit. In valle Hadhramaut per quae loca iter est duorum dierum versus Nedjd, habitat populus cui nomen est Saiʾar, in convallibus regionis desertae. Utuntur tentoriis e ciliciis factis et colunt terram quae umbribus tantum irrigatur. In hac regione frequentissimum est genus arborum cui nomen Nebeq (rhamnus spina Christi. Linn.) e quibus singulae tot praebent fructus quot quinque camelorum humeris exportari possunt. Denis aestimantur denariis aureis; si terra inopiae pluviae arescit arbores emoriuntur. Neque seges manet integra ita ut pereant pecudes. Utuntur enim ovibus et nonnullis camelis. Talis calamitas ubi evenit, Saiʾar populus in duas discedit partes, e quibus altera viis publicis imminens quidquid praetervehitur diripit, altera luporum induit formam et rapacitatem, id quod tali evenit modo: semper unusquisque eorum secum habet amuletum ex gazis quibus e testamento ʾAdi potiti sunt; quod

Digitized by Google

من كنوز ظفروا بها من عهد عاد فاذا اراد احد منهم ان ينقلب ذيبًا
تثاءب مرارًا واحمر لونه فيخرج الخرزة من حقوه ويبتلعها فينقلب فى
الحال ذيبًا له ذنب ووبر يمشى على اربع ويسوح فيفترس من وجده
من بنى ادم وما يظفر به من الغنم ولا يزال كذلك حتّى اذا اراد ان
يخرج من مسلاخ الذئب الى هيئة الانسان وصورته تمرغ بالارض واذا به
بشرًا سويًا كما كان فتقع تلك الخرزة وكلما اراد ان ينقلب ذيبًا بلعها
كما تقدم فانّه يصير ذئبًا وهذا امر مشهور عند جميع اهل حضرموت
لا ينكره احد منها لمعرفتهم به المعرفة التامّة وفى وادى حضرموت
قبائل منها البراوجة والجلاهمة والثباتنة وآل ابى مالك وآل مسلّم وآل
ابن الربيع وآل ابى حَشْرج وجميع هذه القبايل لها احوال عجيبة منها
ان الرجل منهم يمرّ فى الهواء ليلًا من حضرموت وقد انقلب فى هيئة
طاير كالرخمة او الحدأة حتّى يبلغ ارض الهند ثم يعود من ليلته ومعه
من عناقيد الفلفل الاخضر شاهدة له ومصدّقة دعواه بانه بلغ ارض الهند

si quem invadit cupiditas abeundi in lupi formam aliquoties oscitatur et rubescit color eius; tum amuletum ex zona coxam cingente depromptum devorat, quo facto statim in lupum cauda pilisque praeditum convertitur et pedibus quaternis incedens vagatur per rura et quemcumque hominem offendit dilacerat, ovesque quibus potitur. Quo in statu remanet usque dum cum rursus ex pelle lupina in hominis habitum et formam redire velit, se pulvere inungat, quo facto statim homo redditur prorsus talis qualis fuit et excidit amuletum quod rursus quandocunque in lupum mutari vult haurit ut narravimus et induit lupum. Haec omnibus qui Hadhramaut vallem habitant notissima res est neque ullus eorum eam infitiatur cum certissime constet inter ipsos.

Habitant autem in valle Hadhramaut hae gentes: Albarâvidja, Aldjalâhima, Althabâtina, stirps Abu Malik, stirps Musallim nec non eae quae genus ducunt ab Aburrebia' et ab Abuhashradj. Harum omnium gentium propriae et mirabiles res narrantur. Veluti accidit ut vir ex iis noctu per aërem discedat ab Hadhramaut, induta facie volucris, vulturis, milvi, donec pervenerit in terram Indorum; quo facto eadem nocte redit apportans secum corymbum piperis viridantem qua re doceatur et probetur tetigisse ipsum terram Indorum. Hoc

Digitized by Google

وهذا من نادر اعمالهم فانهم مع ذلك لا قدرة لاحد منهم على اخذ
شيء من المال كالذهب والفضّة ولا من الفواكه بانواعها ومنها ان
المرأة من هذه القبايل اذا عصبت على احد من قرابتها ولا تتصرف
الا فى اقاربها فقط دون الاجناب فانها لا قدرة لها عليهم البتّة وهى
انّما تتخيّل وتتوهّم انّها تأكل كبده فللحال يسقط مريضًا ويموت من
يومه وليلته ومنهنّ من اذا عصبت على قرابة لها وكان عَبْل البدن
تخيّلت وتوهّمت انّها تأكل كبشًا سمينًا فان كان قرابتها صغيرًا تخيّلت
انها تأكل جديًا ونحوه ولا بدّ لكل من عملت شيًا من هذا ان تعمل
فكرها حتّى يقوى الوهم والخيال عندها حتّى تصير كانّها تفعل ذلك
حقيقة وهذا الأكل مما يختصّ به نساؤهم دون رجالهم وهذا الصنف
من النساء لهنّ مع ذلك قوة التشكّل والانقلاب فى هيئة رخمة او حِدَأة
ثمّ تمرّ الواحدة منهنّ وقد (cod. p. III) صارت كذلك فى الهواء
ويصير صياحها كصياح الرخمة او الحدأة فاذا سمع اهل حضرموت

exemplum est singularis eorum agendi rationis, verum nemini eorum facultas inest inde res pretiosas veluti argentum et aurum sive varios fructus auferendi. Nec memoria non dignum est, mulieres harum gentium, si succensent alicui ex consanguineis, talia enim non agunt nisi cum his neque cum extraneis in quos nullam omnino habent potestatem, animo et cogitatione fingere sese vesci iecore illius ex quo hic statim morbo implicitus eodem die sive nocte eadem obit. Quodsi femina irascitur cognatorum tali qui crassitudine corporis praestet, animo fingit sese vervece pingui vesci, sin vero ille tenui est statura, fingit sese vesci haedo vel similibus. Oportet autem eam quaecunque talia agat ita praeparasse animam ut persuasissimum sibi sit id de quo cogitat utque revera sibi facere videatur quod simulat. Atque haec species vescendi feminarum propria est nec pertinet ad viros. Praeterea hae sunt artes illarum. Indita est eis potestas commutandi se in formas vulturum sive milvorum. Tum tollitur in aërem postquam eo modo transfigurata est et clamorem tollit qualis est vulturis sive nisi. Eum ubi exaudiunt incolae vallis Hadhramaut, noverunt magas coiisse contra hominem aliquem artis suae quiddam exhibituras. Quodsi qua ex illis propinquorum quendam sive coniugem habet per-

Digitized by Google

صياحهنّ علموا انّ السواحر قد اجتمعن على احد يُردن به شيا من اعمالهنّ فاذا كان لواحدة من هٰؤلاء النساء رجل من اقاربها او زوج لها فى سفر ولو انّه باقصى الهند فانّها تتشكل حداةً او رخمةً وتمرّ فى الهواء حتّى تأتيه فتعرف خبره وتعود من ليلتها فتخبر بذلك فيكون كما اخبرت،

حدّثنى العبد الصالح ابو بُرَيْك عبد الله بن محمد بن عبد الرحمن بن سالم بن بريكٍ الحضرمى قال اخبرتنى امى فاطمة بنت عبد الله بن المبارك انّ ابى كان فى سفر بُعْدُه عنّا خمسة عشر يومًا وقد ابطا عنّا خبره وبجوارى امرأة من هٰؤلاء يقال لها سَعِيْدة بنت ابى كُلَيْب وكانت تحمل من ارادت من نساء الجلاهمة وتمرّ بها فى الهواء الى حيث تريد فدخلت علىّ ذات يوم فسألتها ان تأتنى بخبر عن ابيك فوعدتنى الى الغد ثم اتتنى وقالت لى هيئ له الضيافة فانّه الليلة الخامسة عندكم بعد صلاة العشاء وهو موعوك فى بدنه قالت امى فلما كان فى ذلك

egrinantem, licet sit in extremis Indiae finibus vulturis sive nisi facie induta levatur in aërem donec ad ipsum pervenerit et quid agat compererit. Tum eadem nocte redux narrat quid sit rei; et tum res se ita habet prout narravit.

Pius dei servus Abu Buraik ʾAbdalla b. Muhammad b. ʾAbdarrahmân b. Sâlim b. Buraik Alhadhramî mihi retulit haec: Mater mea Fatima filia ʾAbdalla b. Mubârik mihi narravit, cum pater meus peregrinatus quindecim dierum spatio a nobis abesset nulla omnino eius ad nos notitia pervenit. In vicinia autem habitavit una ex magis illis nomine Saʾîda filia Abukulaib quae libentem quamvis mulierum gentis Aldjalâhima sumere et quo vellet per aërem vehere soleret. Quae cum aliquando domum meam intrasset, petivi ab ea ut mihi nuntium afferret de patre id quod illa promisit in diem sequentem. Eo ad me venit atque ita locuta est: omnia praeparato ad eum recipiendum, nam quinto abhinc die aderit domi vestrae post precationem vespertinam, sed corpore invalido. Et adiecit mater mea: eo tempore quod maga significaverat, venit ad nos pater et quidem aegrotans. Porro haec prodit Abu Buraik: narravit mihi pater meus senex fide dignus, Muhammad b. ʾAbdarrahmân b. Sâlim se ex habitatione quae fuit in

Digitized by Google

الوقت الذى ذكرته قدم علينا وهو موعوك قال ابو بريك واخبرنى
والدى الشيخ المعتقد محمد بن عبد الرحمن بن سالم انّه خرج من
داره بحضرموت يريد بلدًا من اقليم الشحر يقال لها حيريج فلمّا
بلغ الى طرف حضرموت نزل ببلد يقال لها بيجر اقام بها ينتظر قدوم
رجل واعده فلمّا ابطأ عليه استدعى رجلا من الطائفة المذكورة
ليحضر له الرجل المذكور فجمع عليه عدّة رجال واخذ هو يرقى ثم
طلب احتًا له يقال لها سفينة وقد ماتت من سنين وشرع كالذى
يستخبرها عن حال الرجل ويبدى من القول لها ويعيد حتّى تغيّر
لونه ثم قال لى انظر الجمل الاحمر الذى صفته كذا وكذا حتى ذكر
زبدًا خرج من فه ثم اخذ يصف الرجل الراكب عليه كما هو واخر ما
قال ذا الحين يدخل عليكم وكرّر ذلك مرارًا واذا بالجمل وراكبه قد
دخل علينا كما ذكر سواء ونحن فى مجلسنا ومن ساعتنا قال مرضت
امى فاطمة المذكورة وطلبنا لها هذا الرجل لينظر ما وجعها فدخل

valle Hadhramaut profectum esse ut adiret urbem in Shihr provincia nomine Khîrîdj. Qui cum ad fines terrae Hadhramaut pervenisset, se devertisse in locum nomine Bîdjar atque ibi expectasse adventum hominis cuiusdam, quocum ipsi convenerat. Qui cum spem frustraretur misisse se nuntium ad quendam gentis supra memoratae, ut sibi hominem adduceret quem dixi. Ille collecta multitudine tribulium, cum incantare coepisset, unam sororum suarum arcessivit, cui nomen erat Safîna iam ante annos mortuam et simulavit se interrogare illam de homine isto et semel et iterum rogavit donec colorem mutaret. Tum ad me conversus »age dum adspice, inquit, camelum illum rubrum« quem variis modis describens ad ultimum »spuma fluit ex ore eius« inquit, deinde hominem insidentem in eo depinxit qualis erat, tandem »certo quodam, ait, tempore veniet ad vos« id quod saepius repetiit. Ecce, aderat camelus cum equite qui introiit apud nos, sicut modo dixerat ille, dum in conclavi nostro eramus et hora constituta. Deinceps addidit: mater mea Fatîma quam iam memoravi cum aegrotaret, adduximus ad eam hominem istum ut videret quo morbo laboraret. Qui ubi ad eam venit, multae feminae apud ipsam aderant. Tum artes magicas exercere coepit donec diceret: femina cuius talis est figura,

Digitized by Google

عليها وعندها عدّة نساء فشرع يعمل عمله الى ان قال المرأة التى
صفتها كذا وكذا واشار الى واحدة من تلك النساء تموت فى مثل
هذا اليوم من السنة الآتية فكان كذلك وماتت فى ذلك اليوم
بعينه (cod. p. IV) وقال عن الوالدة اذبحوا عنها رأسًا من الغنم فانّها
اذا ذبحتم ذلك غشى عليها يومين متواليين ثم تبرأ وينتقل ما بها
من المرض الى ام الفداء المذبوح عنها وفعلنا ذلك فكان كما قال
اغمى عليها يومين كاملين ثم افاقت فى عافية ومرضت ام الفداء
المذبوح كما كانت امى مريضة قال وبحضرموت قبيلة يقال لها
آل عمر بن عيسى التَوْبات اذا لذغ احد من الناس بحية ثم استغاث
بها فقال عند ما يلذغ شَى لله يا عُمر بن عيسى او قال يآل عمر بن
عيسى فانّه يبرأ من ساعته ولو ان بينه وبين هذه القبيلة مسافة عشرة
آيام قال واخبرنى اخى عبد الرحمن بن محمد بن عبد الرحمن انّه
سهر ذات ليلة بعد صلوة العشاء مع جماعة فيهم واحد من هذه القبيلة

et simul ex earum numero unam demonstravit, hoc ipso die anni proximi mortem obibit; atque ita evenit. Nempe mortua est illo ipso die. Quantum ad matrem »mactate pro ea, inquit, ovem, quo facto illa torpore corripietur per biduum, deinde convalescet et quidquid in ea morbi est, ab ipsa transibit in matrem mactati vicarii. Exsecuti sumus iussum et quid ille praedixerat evenit. Nempe cum matris anima per totum biduum defecisset, plene sanitati restituta est; contra mater pecoris mactati in morbum incidit plane eundem quo mea mater affecta fuerat. Porro retulit: est in valle Hadhramaut gens cui nomen est familia ʾOmar b. ʾIsa Attaubât. E qua si quis virorum a serpente mordetur, auxilio advocat familiam et simulac mordetur clamat »Shai billâh o ʾOmar b. ʾIsa« sive haec: »o familia ʾOmar b. ʾIsa«. Nulla mora revalescit vel si distet ab ista familia decem dierum intervallo. Praeterea idem »narravit mihi, inquit, frater meus ʾAbdarrahmân se nocte quadam post precationem vespertinam vigilasse cum pluribus e quibus unus fuerit ex gente ista. Eo tempore evenerat, ut locustae per terram Hadhramaut se diffunderent et homines ad colligendas eas in rus exierant sicut consueverunt. Ibi quidam eorum a serpente morsus gentem quam dixi auxilio vocavit, et nos inter

Digitized by Google

وقد انبثّ الجراد ببلاد حضرموت وخرج الناس ليصمموا كما هى عادتهم فلذغ رجل منهم بحية فاستغاث بالقبيلة المذكورة وبيننا وبينها نحو بريد واذا نحن بالرجل الذى هو معنا من آل عمر بن عيسى قد صار كانه مصروع ويتكلّم برقية لانعرف معناها مقدار ساعة ثم افاق وقال والله انّ رجلا قد لذغ بحية وهو يستعيث بنا فما كان الا ساعة وقد رجع القوم من ضمّ الجراد وفيهم الملذوغ وقد برئ ممّا اصابه فقال له الرجل المذكور عند ما دخل علينا مع الجماعة قد رقيناك وقضينا حاجتك ولذغ رجل من اهل حضرموت بحية فحُمِلَ من منزله بحضرموت الى هذه القبيلة ليرقوه فلمّا بلغوا به نحو نصف الطريق اذا هم بواحد من هذه القبيلة قد خرج يريدهم فلمّا لقيهم قال لهم انّ رايحة الحية قد اتتنا وانّى جئتكم لارقيه ثم رقاه فبرى من ساعته وعدنا به قال وفى جبال ظفار قوم يقال لهم القمَرّ اهل بادية وجرت العادة فى ظفار انّها تمطر ثلثة اشهر متوالية ليلا ونهارا مطرا غزيرا جدّا فاذا اراد احد ان يسافر

et illum tantum erat quantum inter veraedorum mansiones est spatium. Ecce homo ille e familia ʾOmar b. ʾIsa qui nobiscum erat quasi spasmis corripi visus per totam horam aliquid cuius sententiam non intelligebamus incantavit; tum recepta mente »per deum« inquit »homo a serpente morsus auxilium nostrum invocat«. Vixdum erat praeterlapsa hora, quum populus a locustis colligendis rediret et inter ipsos is qui morsus fuerat et recreatus a vulnere. Tum is quem memoravi conversus ad illum eodem tempore quo cum multitudine introiit »modo te fascinavimus, ait, tibique id quod opus erat providimus. Praeterea unus ex incolis terrae Hadhramaut serpentis morsu petitus delatus est ex aedibus quas ibi habebat, ad gentem hanc ut eum fascinarent. Dimidio itinere confecto inciderunt homines in unum e gente ista, obviam ipsis procedentem. Qui ubi occurrit iis »odor anguis« inquit »cum ad nos pervenisset, veni ad vos ut illum fascinarem«. Dein fascinavit statimque is convaluit et cum eo rediimus.

Idem retulit talia: in monte T'hafâri habitat populus nomine Alqamar vagus per deserta. Fieri solet in T'hafâri ut per tres menses continuos die noctuque pluviae vehementissimae effundantur. Quo tempore si quis iter habet quopiam unum gentis Alqamar aditum pecunia

Digitized by Google

فى مُدّة المطر الى جهة من الجهات طلب واحدًا من القمر ودفع له مالا
ليدفع عنه المطر ثم سار معه والمطر نازل فيصير عن يمينه وشماله
ولا يصيبه ولا احماله منه قطرة واحدة حتّى يبلغ حيث يريد قال
واذا عظمت الامطار على هذه القبيلة حتى اضرّت بدوابهم عمدوا الى
شجرة يعرفونها ببادیتهم فاخذوا من قضبانها شيا (cod. p.V) واضرموا
النار فيها ثم صبّوا عليها الماء فانّ المطر يقلّ عندهم قال وهذه القبيلة
لا تزال تسرق مواشى الناس لا سيّما الغنم فاذا ارادت اكل شىء ممّا
سرقته واشعلت النار لتطبخ لحومها حبست للدخان حتى لا يراه احد
فى ليلة ولا نهار ولو قرب منها قال واذا توقف هبوب الريح ووقفت
السفن فى البحر فلم تسر لعدم الهواء طلب ركاب السفينة واحدا من
هؤلاء ودفعوا اليه مالا فيعمل عمله حتى تخرج لهم ريح تسيرهم مدّة
يشترطها لهم قال واذا اصيب احد من الناس بشىء من انواع السحر
المضرة ولم يعرف من سحره فانّه يجمع النساء المتّهمات بالسحر ويؤتى

impertit, ut expertem ipsum pluviae reddat. Qui si comitem se praebet, imbre a dextra et laeva decidente illum aut impedimenta eius ne una quidem gutta tangit, donec pervenerit quo tendit. Dehinc dixit haec: si imbres adeo graves ingruunt in hanc gentem, ut pecora eius absumantur, adeunt arborem quandam notam sibi in deserto, cuius e ramis demptam particulam igne inflammant et deinceps aqua aspergunt; quo facto pluviae vehementia imminuitur. Iam ita continuavit narrationem: gens ista non cessat pecora hominum furari, maxime oves. Quod si ea cupidine commota ex rapto aliquid edendi ignem ad coquendas carnes accendit, fumum ex eo surgentem comprimit, ut nemo eum seu die seu nocte videat vel si prope accesserit. Et porro, vento remittente si naves stant in aequore nec propter malaciam moveri possunt, qui vehuntur nave, unum ex hominibus istis arcessitum donant pecunia. Tunc incipit magicis suis uti artibus donec ventus oriatur quo in tantum spatii provehuntur, quantum iis concessit.

Ac deinceps: si quis noxio genere fascinationis laesus ignorat a quo sit fascinatus, mulieres suspectas magicarum artium in unum coactas adducit ad aquam sive mare sit sive alia satis alta ut ea submergantur. Quo facto singulas deinceps humeris quam firmissimo

Digitized by Google

يهنّ الى ماء يغمرهنّ كالبحر ونحوه ثم يربط كتابهنّ واحدة بعد اخرى ربطًا وثيقًا وتلقى على وجهها ثم يربط على ظهرها رحًى كبيرة وتحمل بالرحى على ظهرها وترمى فى البحر او النهر فان رسبت فى قاعه علم انّها بريئة وان طفت على الماء ولم ترسب فيه اقتصّ منها او عفى عنها لانّها هى التى سحرتْه قال وببادية ظفار قوم من اراذل العرب لهم عمل يقال له أَرَّنْبِيْلْ وهو انّ احدهم اذا عاداه احد من قبيلة او من غيرها او اراد احد ان يطلّق امراته فانّه يعمل عمله واذا بغريمه يذوب لحم بدنه بأسْره من غير مرض حتى لا يبقى عليه مزعه لحم فاذا اصاب احدًا هذا البلاء جمع الناس المتّهمين بهذا العمل واخرجوهم الى البحر واجلس المبتلاء والمتّهمين باضراره على شاطى البحر وضربوا طبلا معهم وهم يذكرون فى حال ضربهم اسماء المتّهمين واحدا بعد واحد فاذا اضطرب عند ذكر اسم واحد منهم عُلم انّه عزيمه فيصير ذلك المصاب فى اضطرابه كانّه مصروع يتخبطه الشيطان من المسى

vinculo colligatis pronum in os ut ore proiicit et in tergum alligato magno lapide molari proiicit in mare seu flumen. Quodsi qua mergitur novit eam rei insontem esse at si natat in aqua nihil depressa eam sive poena sive venia expertit ideo quod ab ipsa fascinatus sit. Nec non adiecit haec: est in desertis locis terrae Hadhramaut gens quaedam quae ad vilissimos Arabum pertinet. Hi utuntur fascinatione quadam, cui nomen Ranbîl est. Ea talis est ut si quis cum quodam suae gentis sive alienae inimicitias habeat vel cum uxore divortium facere velit, ea utatur, et ilico inimico suo caro corporis decrescat sine morbo, ut fere nulla iam ei relinquatur. Quodsi quis tali plaga perculsus est homines huius facinoris suspectos congregatos ducunt ad mare, ubi tum aeger tum ii qui suspicione laborant deinceps in littore considere iubentur. Quo facto tympano coram eis concrepantes dum pulsant singulatim uniuscuiusque suspecti nomen citant, quodsi aeger inter recitationem unius nominum eorum vehementer agitatur, hic cognoscitur eius esse inimicus. Nam aeger dum agitatur fit similis hominis spasmis affecti quem diabolus corripuit. Tum is in cuius nomine recitato aeger agitatus est cogitur inimicum suum sanitati restituere et prehensum mari abluere sicut mortui solent lavari. Hoc

Digitized by Google

فعند ذلك يلزم ذلك الرجل الذى اضطرب المصاب عند ذكر اسمه
بان يبرئ عزيمه فأخذه ويغسله فى البحر كما يغسل الميّت وهو
يرقيه فيبرأ فى الحال وهذا بعينه اصاب ابا دُحانة سَعْد بن فارس
الشَعَيْثى متولّى الشحر الان فانّه ذاب لحمه كلّه فحُمل بين اربعة الى
البحر وقد جُمع عدّة ممّن يتّهم بهذا العمل وضرب بالطبل على رأسه
فخرج القول على جاريته فجزع أنفها بعد ان غسلته وبرئ قال ومن
عمل قبيلة سعد بن فارس هذا الذين يقال لهم الشعاوثة انّ من
اصابته لقوة فى وجهه حمل اليهم حتى يضربوا على لِحْيَيْه (cod. p. VI)
فبمُجَرّد ضربهم لحييه يبرا فى الحال قال كاتبه الشِحْر من جزيرة
العرب وهى مملكة منفصلة عن حضرموت وعُمان وتسمى بلاد مَهْرة
وقد تضاف الشحر الى عمان والشحر ملاصق بحضرموت وهو ساحلها
ويوجد عندهم اللبان ويوخذ من ساحله العنبر الشحرى واقليم
الشحر يتّصل (فى جهة الشرق) من عربيّه بساحل البحر الهندى

enim a fascinatione liberat ita ut sanetur. Id ipsum accidit cuidam nomine Abu Dudjâna Sa'd b. Fâris Assha'aisî qui adhuc est praefectus Shihr terrae qui cum perderet omnem carnem a quattuor hominibus ad mare portatus est, quo in loco turba hominum qui illud fascinando effecisse crederentur collecti in unum erant. Pulsarunt tympana super caput eius et vox in servam ipsius incidit quam postquam eum mari lautum sanaverat naribus truncarunt.

Praeterea inter artes magicas, inquit, huius gentis Sa'd b. Fâris quod appellant Sha'âwisa invenitur, ex quo is cui tumor increscit in ore, apportatur ad homines istos ut ambas eius genas feriant et hac sola genarum percussione sine mora convalescit. Iam ipse huius libri autor addit: Shihr pertinet ad peninsulam Arabiam et quidem regnum efficit quod disiunctum est ab Hadhramaut et 'Omân. Vocatur terra Mahra; sed ab aliis Shihr ad 'Oman adscribitur; melius autem Shihr ita ad terram Hadhramaut pertinet ut eius efficiat oram maritimam. Ibi tus invenitur et in littore eius ambarum Shihricum colligitur. Clima aut provincia Shihr ab occidente tangit Indici oceani littus in quo 'Aden situm est, a parte eius orientali iacet terra 'Omân, a meridiana mare Indicum, a septentrionali Hadhramaut. Ad primum

Digitized by Google

الذى عليه عَدَن وفى شرقيه بلاد عُمان وجنوبها بحر الهند وشمالها
حضرموت وهى فى الاقليم الاوّل وكانت من ديار عاد قوم هود ثم سكنها
بعد عاد مهرة وببلاد الشحر مدينة مِرْباط وظَفَار بفتح الظّاء والفاء
وقد خُربتا فخربت ظفار سنة تسع عشرة وستّمائة خربها احمد
الباخودة واستجدّ على ساحل (sic) مدينة ظُفار بضمّ الظّاء المعجمة
وفتح الفاء وهى الموجودة الآن وكانت ظفار مدينة الملك فى الدهر
الاول فكان يقال من دخل ظفار حَمَّر يعنى فليتعلم الحِمْيَرية وليفهمها
وذلك انّ زيد بن عبد الله بن دارم وفد على بعض ملوك حمير
فالفاه فى متصيّد له على جبل مشرق فسلّم عليه وانتسب له فقال له
الملك ثِبْ يريد اجلس فظنّ الرجل انّه امره بالوثوب من الجبل فقال
لتجدنّى ايّها الملك مطواعًا اليوم ثم وثب من الجبل فهلك فقال
الملك ما شانه فخبروه بقصّة الرجل وغلطه فى الكلمة فقال من دخل
ظفار حمّر وظفار المدينة التى بها الملك واراد بقوله حمّر بتشديد

clima refertur. Olim inculta fuit haec terra ab ʾAd populo Hûdi. Postea habitata est a Mahra tribu. In Shihr terra positae sunt urbes Mirbât′ et T′hafâri, quarum utraque est vasta. Nempe T′hafâri direpta est aº 619 ab Ahmed Albâkhûda qui in littore denuo exstruxit urbem T′hofâri quae hodieque exstat. Fuit T′hafâri antiquissimo tempore sedes regia et soliti sunt dicere homines, quicunque T′hafâri iret, eum oportere himiarissare id est perdiscere et callere linguam himiaricam. Id ea re declaratur quae evenit, cum Said b. ʾAbdalla b. Dârim unum regum Himiaricorum adiret qui eum in turri quadam ubi degere solebat tempore venandi in altissimo monte posita recepit. Nimirum ille cum salutem dixisset et quis esset aperuisset, rex ad eum dixit »sib« qua voce significabat illud quod est »conside« at ille arbitratus iussum se esse monte desilire »invenies me hodie o rex, inquit, obedientem«. Inde ex monte cum desiluisset periit. Rex cum interrogasset, quidnam sibi habuisset, narrarunt ei quid accidisset et quomodo iste in verbo esset lapsus. Tum ille: quicunque venit in urbem T′hafâri eum oportet himiarissare. T′hafâri autem fuit urbs regia. Voluit dicere oportere istum didicisse linguam himiaricam. Verbum eius »sib« est referendum ad vocem quae pro solio strato in lingua himiarica

Digitized by Google

الميم فيتعلّم لغة حمير وقوله ثب فانّ الوثاب الفراش بلغة حمير اى اجلس وهم يُسمّون الملك اذا كان لا يغزو مَوْثِبان يريدون انّه يطيل الجلوس ولا يغزو ويقولون للرجل ثب اى اجْلِسْ

قال ابو بريك واخبرنى الشيخ الصالح ابو عُوَيْن محمد انّه كان ذات يوم مع الشيخ عمر العَوْدرى وجماعة معهم يسيرون على ساحل البحر وهناك عدّة طيور كثيرة فقال لهم عمر العودرى اتحبّون ان اجلس لكم طيرًا من هذه الطيور قالوا اوتقدر على ذلك قال نعم عيّنوا منها واحدًا وانا اجلسه فاشاروا الى طير منها فحرك شفتيه بما لا نعلمه ثم قال نفّروهم فقاموا اليها فنفرت طائرة باجمعها الاّ طائرا منها فانّه جثم مكانه فلم يتحرك وهم ينفّرونه فلا يطير فلما رأوا ذلك قالوا لو ان كنت انت الذى جلّسته عن ان يطير فاطلق سراحه حتى يطير قال فحرك شفتيه ثانيًا فطار من وقته وساعته قال (cod. p. VII) وابو عوين هذا له سلوك وخلوات ويقرا القران العظيم بالقرآت السبع

in usu est; voluit igitur dicere, conside. Ita etiam regem qui nullas praedandi caussa expeditiones facere solet, nuncupant »Mausabân« quo vocabulo significant nimis diu eum sedere neque praedatum exire. Ita dicunt homini »sib« hoc est »conside«.

Narravit Ibn Buraik: pius quidam senex Abu ʾUwaîn Muhammad mecum communicavit se aliquando cum sene ʾOmar Alʾaudari et turba comitum profectum esse in littore maris, ubi magna multitudo avium erat. Ibi ʾOmar Alʾaudari ad eos dixit: placetne vobis ut unam harum volucrum defigam? dixerunt, anne potes? atque ille: est ita, eligite aliquam ex illis ut eam impediam. Ibi unam earum demonstrarunt. Quo facto labra commovit murmure quodam quod non intelligebamus. Inde »agite, inquit, excitate eas«; atque impetu facto aves sunt abactae omnes praeter eam quam significaverant illi, quae in loco mansit, nec se movit. Hanc cum excitarent non avolabat; quod ubi viderunt, dixerunt homines ad senem ʾOmar, tu si is es qui eam impedieris ne volaret, iam des ei veniam ut avolet. Tum ille, ut retulit mihi Abu Buraik, rursus labra commovit et statim avis avolavit.

Porro mihi prodidit: ille Abu ʾUwaîn vitam degit positam in contemplatione rerum et solitariam, magnum curanum cum septem scri-

Digitized by Google

وله شهرة عند الناس ولهم اعتقاد فيه كبير ولا يزال يقرى الضيف دايمًا وهو مقيم بقرية من اعمال الشحر وتظهر له كرامات عديدة قال ابو بريك واخبرنى الفقير المعتقد ابرهيم بن الشيخ عبد الرحمٰن بن محمد العَلْوَى (* من قبيلة يقال لها أبا عَلَوِى من عرب حضرموت انّه جلس يومًا عند اخيه الشيخ عمر بن عبد الرحمن الباعَلوَى وكان بينه وبين رجل يقال له ابو قُدَيْم عمر عدوة فقال لى يابرهيم قم وانع ابا قديم على راس هذا الجبل فقلتُ له وكيف انعى من هو فى قيد الحيٰوة وانّما يُنعى الميّت فامر غيرى وهو ابو عُبادَةَ من خُدامه فقام على راس الجبل ونعاه فلم تمض ساعة حتى خرج ابو قديم من منزله لحاجة له فصادفه قوم سكارى لهم عنده دم فقتلوه قال وكانوا يرون ان الشيخ عمر هذا عنده اسم من الاسماء علّمه اياه عمر العودرى وكان يتصرّف به حتى انّه كان اذا نزل طائر على زرعه قتله حال نزوله وهو مقيم بمنزله بينه وبين زرعه مسافة قال وبوادى حضرموت واد

*) Vocales apposui quales in codice sunt.

pturae varietatibus legit, fama apud homines polluit, fiduciam hominum in se convertit, semper hospitia praebuit liberalissime. Habitavit in vico quodam regionum Shihricarum et multis miracula edidit. Dehinc dixit Abu Buraik: rettulit mihi vir continens fide dignissimus Ibrahîm filius ʾAbdarrahmân b. Muhammad Alʾalva de gente quadam cui nomen Abu ʾAlavi, pertinente ad Arabes in Hadhramaut. Se quodam, die consedisse apud fratrem suum ʾOmar b. ʾAbdarrhamân Albâʾalavi, cum essent ipsum inter et hominem quendam Abu Qudaîm ʾOmar inimicitiae. Tum meus frater, inquit, ita me allocutus est: »surge Ibrahîm, Abu Qudaîm mortuum esse nuntia de summo hoc monte«. Ego ad eum: »qui possum, inquam, eum mortuum pronuntiare qui salvus est, cum non nisi mortui taliter soleant conclamari?« Tum alium quendam nomine Abu ʾUbâda, qui e famulis ipsius erat, idem facere iussit. Hic in summum montem profectus istum pronuntiavit mortuum. Vixdum hora praeterlapsa erat, cum Abu Qudaîm domo negotii caussa profectus sibi obviam habuit ebrios nonnullos, qui debebant ipsum ultione paricidii cuiusdam persequi; a quibus interfectus est. ʾOmar cognitum habere credebatur quoddam nominum dei, quod edoctus esset ab ʾOmar Alʾaudari et consuesse eo uti ut si qua avis devolaret in segetes

Digitized by Google

بالقرب من احقاف الرمل يقال له القوف والنّيد اذا نزل به المطر عظم خصبه وكثرت مراعيه وليس به ماء البتّة فينزله حينئذ قبيلة يقال لها الشماخ وتقيم به ومعها ابلها وشاؤها ونساؤها اربعة اشهر لا يحتاجون الى الماء ولا دوابهم بل يعيشون باللبن ويستغنى نعمهم وشاؤهم برطوبة المرعى واخبرنى ابو بريك انّه وجد فى شِبْوَة من وادى حضرموت قبر فيه فيه انسان مقبور طويل جدًّا وانّهم ذرعوا ما بين كعبه الى ركبته فجاء طول غطم ساقه ثلاثة عشر ذراعًا والله اعلم ۞

۞ تمّ وكمل ۞

تتبّعه مؤلّفه احمد بن على المقريزى فصحّ فى
ذى القعدة سنة احدى واربعين
وثمانى مائة ۞ [1]

[1]) Haec verba a Maqrîzio propria manu exerata sunt.

ipsius, eam interficeret eo ipso temporis punctu cum devolaret, quamquam domi suae, quae distabat a rure eius magno intervallo, esset. Inde tradidit haec: »est in valle Hadhramaut vallis quaedam prope sabula Alahqâf, quae nomina accepit Alqauf et Annajjid. Quae si pluvia irrigatur excellit viriditate et pascuorum amplitudine, aqua autem caret omnino. Illo tempore gens quaedam nomine Shimâkh descendere et ibi cum camelis et ovibus et uxoribus per quattuor menses versari solet. Aqua neque ipsi indigent neque pecora eorum sed illi vivunt lacte, oves autem et pecora recentibus pascuis sunt contenti. Denique narravit mihi Abu Buraik Shibvae in valle Hadhramaut sepulcrum repertum esse, in quo est homo ingentis magnitudinis conditus. Et quum emensi essent intervallum quod esset inter genu eius et talum, inventam fuisse longitudinem ossis cruris tredecim cubitorum. Finis. Librum relegit ipse qui composuit Ahmed. b. ʾAli Almaqrîzî ut mendis careat. Mense Dulqaʾda anno 841.

Digitized by Google

LOCI DVO
DE HADHRAMAVT VALLE
SVMPTI EX LIBRO IDRISIANO

«نزهة المشتاق فى احتراق الافاق» Signa codicum sunt haec: A et B iidem sunt Parisiis asservati, quibus et Jaubert usus est et quos notat iisdem litteris. Codex A satis bene exaratus sed minime sine mendis. B est optimus codex libri Idrisiani qui in Europa exstat. Uterque litteris maghribicis scriptus est. C (Poc. 375) et D (Grav. 3837. 65) in bibliotheca Bodleiana inveniuntur. C scriptura quam Neskhi vocant satis negligenter et ineleganter exaratus est, ita ut fere cum A codice comparandus sit. D litteris maghribicis scriptus est; de eo fere idem dici potest quod de codice B, sed tria modo continet climata. Textus eius melius quam aliorum est conservatus. Scriptus est anno 806 post fugam Cahirae. Prior locus in interpretatione Jeubertii legitur vol. I p. 52—54.

ومن عدن مع الساحل فى جهة المشرق الى قرية ابين ١٢ ميلا
وهى على ضفة البحر اليمانى واهلها موسومون بالسحر ومنها الى لسّعا
فى البحر يوم وليلة وفى البرّ ٥ ايّام لان بينهما جبل يعترض فى الساحل
يتصل من البحر الى الصحراء فيعوق عن الطريق ومدينة لسعا صغيرة
جدًّا على ضفة البحر الملح ومنها الى شرمة [1] على الساحل يومان [2]
وبين شرمة ولسعا قرية كبيرة فيها حمّة حامية كالجابية واهل تلك
النواحى يتطهّرون فيها ويجلبون اليها [3] مرضاهم فيصحّون بها من
الامهم [4] وانواع اسقامهم ومدينة لسعا وشرمة هما بساحل [5] ارض
حضرموت وبينهما يومان فى البرية وبارض حضرموت مدينتان اسم
احداهما شبام والاخرى تريم وبين المدينتين مقدار مرحلة ومن مدن
حضرموت مارب وهى الان خراب وكانت مدينة سبا ومنها بلقيس

1) C شومه 2) B يوم 3) B om. 4) الالم 5) AB om. ارض
AC ومدينة شرمة على الساحل

Digitized by Google

زوجة سليمان بن داود عليهما السلام ومن حضرموت الى صُداء ٢٤. ميلا ومن صنعا الى صدء ١٣. ميلا ومن عدن الى حضرموت ٥ مراحل وهى فى شرقى عدن وبها رمال متصلة تعرف بالاحقاف وبلادها بلاد صغار وبها متاجر قليلة ويخرج منها الصبر الحضرمى وهو دون الصبر السقوطرى (6 وربّما سبكه الغشّاشون للصبر فغشوا به الصبر السقوطرى وبمدينة سبا طوائف من اهل اليمن واهل عمان وبها كان السد المذكور فى ايّام (7 العرب قبل تفرقها عنه ومن شرمه المتقدم ذكرها على الساحل الى مدينة مرباط ٩ ايام فى البرّ (8 وبينهما غب القمر ومعنى الغب الجون وفى قعر هذا الجون بلد يقال له خلفات وعلى راس الجون المذكور جبل مستدير على هيئة القمر ابيض (9 ولذلك سمى بجبل القمر اعنى لتقويسه وبياضه وجبال مدينة مرباط تنبت شجر اللبان ومنها يتجهز به الى جميع المشارق والمغارب واهل مرباط هذه (10 قوم اخلاط من اليمن وسائر قبائل العرب ومنها الى قريه حاسك على البحر ٤ ايام فى البرّ ومجريان فى البحر ويقابل حاسك فى البحر جزيرتان وهما (11 جزيرتا خريان ومريان (12 وقد يقدم ذكرهما وعلى حاسك جبل يسمى لوس وهو جبل كبير مطلّ على البحر وارض قوم عاد تقابله فى جهة الشمال ومن حاسك الى قبر هود ايضا مقدار ميلين وحاسك مدينة صغيرة كالقرية منحصرة وبها مصيد للحوت كبير وهو على جون يسمى جون الحشيش وهو جون (13 مقعّر كالكيس اذا وقعت اليه (14 المراكب لم تكد تتخلص (15 لان لخروج منه صعب (16 الا ان يكون بريح مستعملة وقليلا ما يخرج منه من سقط فيه من اهل (17 المراكب ۞

6) A السقطرى 7) B فى اخبار 8) B فى البحر 9) B اللون
C deinde وبذلك 10) هذه? 11) B om. et habet جزيرة 12) A
خرتان ومرتان 13) C add. كبير 14) B به 15) B تخلص 16) CD
يصعب 17) AB om.

Digitized by Google

Locus alter legitur apud Jaubertium I p. 149—152.

ومن مارب الى مدينة شبام [19] من بلاد حضرموت ٤ مراحل ومدينتا حضرموت احداهما تريم والاخرى [20] شبام فاما تريم فقد تقدم [21] ذكرها واما شبام فهو حصن منيع جامع باهله فى قنة [22] جبل شبام وهو جبل منيع جدًّا لا يرتقى الى اعلاه الا بعد جهد وفى اعلاه قرى كثيرة عامرة [23] ومزارع ومياه جارية وغلات ونخل وخصب زائد ويوجد فى هذا الجبل احجار العقيق واحجار الجمّست واحجار الجزع وهى فى ذاتها عند وجودها احجار مغشاة اغشية [24] ترابية لا يعرفها الا طلابها [25] بعلاماتها المشهورة لها فتعمل هذه الحجار [26] فاذا عملت وصقلت ظهر حسنها وصفا جوهرها وبحكى طلابها ومستخرجوها انهم يجدون هذه الاحجار فى اودية محصاة وحصاها ملون بانوع من الالوان الحسنة فيلقطون هذه الاحجار من بينها ويأتون بها الى صناعها فيحكمونها [27] ويتاجهز بها التجار من هذه البلاد ويتصل بارض حضرموت [28] ارض الشحر وبها قبائل مهرة وهم عرب صراح [29] والابل المنتجة عند هاؤلاء العرب لا يعدل بها شى فى سرعة جريها ومن غريب ما ينسب اليها انها تفهم الكلام وتعلم ما يراد منها باقل ادب تعلمه ولها اسماء اذا دعيت بها جاءت واجابت من غير تأخر ولا توان فى ذلك وقصبة ارض مهرة تسمى الشحر ولسان اهل مهرة مستعجم جدًّا لا يكاد يفهم وهو اللسان الحميرى القديم واكثر [30] هذه الارض قفر لا يعمرها الا مهرة وجل [31] مكاسبهم الابل والمعز وجملة دوابهم التى فى بلادهم تعتلف [32] السمك المعروف بالوزق يصاد فى ذلك البحر من بلاد عمان وهو حوت صغير [33] يصاد ويشمّس وتعلف به الدواب

19) cod. C شيام 20) B والثانية 21) D فقديم 22) C قلة
23) D om. 24) C مغشية 25) DC طالبها 26) CD الاحجار 27) C فيحكونها
28) post حضرموت habent BD من جهة شرقيها 29) BDC صرح
30) AC هذه (A om.) واكثر اهل 31) واجلّ ? 32) C تعلف 33) add.
post صغير DC جدًّا

Digitized by Google

والابل (34 واهل مهرة لا يعرفون الحنطة ولا خبزها وانما اكلهم السموك والتمور (35 وشربهم الالبان وقليل الماء قد (36 اعتادوه (37 والفوه فلا يعولون على غيره من الاغذية ومتى دخل احد منهم (38 البلاد المجاورة لهم واكل شيا من الحنطة وجد لذلك المًا وربّما مرض لذلك ويقال ان طول بلاد مهرة ..٩ ميل وعرضها فى جميع طولها من ٢٥ ميلا الى ١٥ ميلا الى ما دون ذلك وهذه الارض كلها رمل سيال (39 والرياح لاعبة به تنقله (40 من مكان الى مكان ومن اخر بلاد الشر الى عدن (41 ..٣ ميل ويتصل بارض مهرة ارض (42 عمان وهى مجاورة لها فى جهة الشمال وبلاد عمان مستقلة بذاتها عامرة باهلها وهى كثيرة النخل والفواكه الجرومية من الموز والرمان والتين والعنب ونحو ذلك ومن بلاد عمان مدينة صور وقلهات وهما على ضفة البحر الملح الفارسى وهما مدينتان صغيرتان لكنهما عامرتان وشربهما من الابار (43 ويصاد بها (فى البحر وفى البر تين المدينتين) اللؤلؤ قليلا وبين صور وقلهات مرحلة كبيرة فى البر وفى البحر (44 دون ذلك ومن صور الى راس الجُمْجُمَة ١٥ ميال (45 فى البر وفى البحر مجريان وراس الجمجمة هو جبل عال على ضفة البحر يمر فى شرقى غب الحشيش (* ويندفن فى ماء فلا يعلم حيث يصل وربما تكسرت المراكب عليه وفى راس الجمجمة مغايص لؤلؤ ومن قلهات على الساحل الى مدينة صحار ..٢ ميل وبقرب منها على الساحل قرية دمار (46 وهى قرية تكون فى الشتاء عامرة قليلا ومعايشها كاسده وتصرف اهلها قليل واما فى الصيف فانها تكون كالمدينة العامرة لان بها مغايص (47 اللؤلؤ الجيد جدًّا وهى مشهورة بجيد (48 اللؤلؤ المستخرج منها (49 ومن مَسْقَط الى صحار وهما

34) D om. 35) D والتمر 36) AC وقد 37) AC اعتدوا ذلك 38) D احدهم 39) D سيالة qua de caussa antea loco رمال رمل legendum erit. 40) D تنقلها 41) AC الى بلاد عدن 42) BD بلاد 43) A الابل 44) D فى البحر وفى البر 45) A ايام *) male Jaubertius: mais du coté de l'orient, il se couvre d'herbes. 46) D نمار. دما? 47) BDC مغيص 48) D لجيد 49) C بها D om.

Digitized by Google

مدينتان عامرتان (50 ٤٥٠ ميلا لا ساكن بها ومدينة صحار على ضفة البحر الفارسى وهى اقدم مدن عمان واكثرها اموالا قديما وحديثا ويقصدها فى كل سنة من تجار البلاد ما لا يحصى عددهم واليها يجلب جميع (51 بضائع اليمن ويتجهز منها بانواع التجارات واحوال اهلها واسعة ومتاجرهم مربحة وبها نخل كثير ومن الفواكه الموز والرمان والسفرجل وكثير (52 من الثمار (53 العجيبة الطيبة (54 وكان فى القديم من الزمان تسافر منها مراكب الصين فانقطع ذلك وسبب انقطاع السفر من مدينة عمان ان فى وسط بحر فارس مما يقابل مسقط جزيرة (55 كيش وهى جزيرة مربعة طولها ١٢ ميلا فى عرض ١٢ ميلا وفيها مدينة كيش فوليها عامل من اليمن فحصنها واحسن الى اهلها وعمرها وانشا بها اسطولا فغزا به بلاد اليمن الساحلة فاضرّ بالمسافرين والتجار ولم يترك لاحد مالا واضعف البلاد وانقطع بذلك السفر من عمان وعاد الى عدن وصاحب جزيرة كيش يغزو بهذا الاسطول مدينة الزانج (56 ويصل الى بلاد القامرون (57 واهل الهند يخافونه ويهابون شرّه (58 ويؤاسونه بالمركب المسماة المشغيات (وقد ذكرناها فى بلاد الهند وحكينا عمّن اخبرنا بها او هذه المشغيات) (59 يكون طول المركب منها طول الغراب الكامل من عود واحد يجذف فيه ٢٠٠ رجل واخبر مخبر فى وقت هذا التأليف ان عند صاحب مدينة كيش من هذه المراكب المسماة بالمشغيات ٥٠ مركبا كل واحد منها من قطعة واحدة وعنده من سائر المراكب الملفقة جملة عديدة وهو الان على هذه الحال يغزو ويسبى وعنده اموال كثيرة وليس لاحد به طاقة وبمدينة كيش زروع واغنام وابقار وكروم وفيها مغايص اللؤلؤ الجيد ومن صحار الى هذه الجزيرة مجريان وبحاذى هذه الجزيرة من بلاد اليمن مسقط وبينهما مجرى ۞

50) B عمان 51) D om. 52) C والكثير 53) B الثمار الحسنة 54) D الطيب 55) تسمى جزيرة 56) ABC الزناج 57) A الغامور DB القامرون العامرون 58) A سفره BD شرّة 59) haec verba inveniuntur in codd. BD.

Digitized by Google

Digitized by Google

Paul Berlin Noskowÿj de vita sua.

Natus sum in vico Silesio Gross-Leipe a. d. Idus Aprilis anni h. s. XL Ernestina et Roberto Berlin Noskowÿj parentibus, fidei addictus evangelicae. In gymnasium urbis Swidniciensis receptus, quod Iulio Heldio moderante florebat, institutione usus sum cum aliorum, tum I. Schmidtii, E. Hildebrandi, Rösingeri. Anno h. s. LX testimonium maturitatis nactus Vratislaviam petii, studiis maxime linguae hebraeae et chaldaeae operam daturus. Inde me contuli ad sanitatem satis infirmam corroborandam Basileam ibique Stehelini scholas arabicas per annum colui. Deinde redux in patriam Berolini audivi Viros Illustrissimos Diderici, Rödiger, alios. Inde Bonnam migravi, ubi per annum et dimidium Lassenii scholas sanscriticas et Gildemeisteri scholas arabicas et persicas colui. Omnibus his praeceptoribus de me meisque rebus optime meritis gratiam piamque memoriam semper servabo, primariam autem Gildemeistero, qui studia mea et publica et privata disciplina mirifice auxit, qui summa me semper benevolentia adiuvit.

Digitized by Google

Sententiae controversae.

1. Permultae linguae hebraeae formae quum similes sint iis, quibus hodie Arabes utuntur colligendum est, linguam hebraeam qualis in V. T. exhibetur, iam haud leviter ab origine sua deflexisse.
2. Belkis Sabae regina non fuit Salomonis amica, cuius mentio in T. V. facta est.
3. Arabia felix non est translatio يمن nominis terrae.
4. Iesaias dixit (cap. X. 25) וְאַפִּי עַל הֶבֶל יְהֹוֹם
5. Iesaias (cap. V. 10) dicens צְמִדֵי כָרֶם non vult iugera sed spectat formam lignorum, quae fulcra vitis sunt.
6. Terminatio ث si primae personae est, usu non indole linguae ita adhibetur.
7. Errant qui Arabes Africam circumiisse contendant.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google